



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.
Cardinalis, Institutiones linguæ Hebraicæ**

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

[Genf], 1619

De syllabis, ac pedibus. Cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69647)

CAPVT I.

De Syllabis, ac Pedibus.

Syllabæ aliæ longæ, aliæ breues. Longæ quæ constant vno ex decem punctis vocalibus. Breues, quæ habent sceua mobile, siue simplex, siue compositum, scilicet cateph patach, vel cateph segol, aut sciurec initio dictionis ante literas labiales *בומא bumaph*, & ante alterum sceua, quum ponitur pro i conjunctione.

2 Sceua quiescens, vt in lectione, ita etiam in carmine negligitur, cum syllabarum numerum non augeat, nisi per diæresim pronuncietur, aut per diastolen producat, vt suis locis dicitur.

3 Patach necessitatis literis gutturalibus *ינה* in extremis dictionibus additum, in carmine propriam syllabam facit. Ergo *יְהוֹשֻׁעַ מָשִׁיחַ* *Maschiach*, *Christus*, *יְהוֹשֻׁעַ מָשִׁיחַ* *sciome angh*, *audiens*, trisyllaba

syllaba habentur, quæ alioquin ratione accentus tantum disyllaba censerentur: Idemq; de aliis eiusmodi dicendum.

4 Pedes, quibus in versibus utuntur Hebræi, duo sunt: alter dicitur תנועה *tenungha*, motio: & constat syllaba longa, ut תם *tam*, *perfectus*, לו *lo ei*. Alter dicitur יתר *jathed*, *clausus*: qui duabus constat syllabis, longa, & breui, instar iambi, ut לך *lecha*, *tibi*, עמוד *nghamod*, *stare*, אמור *emor*, *dic*, ראה *ree*, *vide*, ופה *vphe*, & os. Porro ex his duobus pedibus, Thenungha, & Iathed variè permixtis fiunt alij quatuor, qui nobis appellantur Spondaeus -- דבר *davar*, *verbum*: Bacchius -- דברים *devarim*, *verba*: Creticus -- כורמים *coremim*, *vinitores*: Mollus -- פרשים *parascim*, *equites*. Per hos quatuor pedes, & Iambum, quippe voce, vsuq; notiores, Hebræorum carmina metiemur.